

tractus luales atque bella percita.  
35      Enim facessent ista ceu si somnium.  
        ⟨Te semper⟩ reges multigenarum gentium  
        honore divum summo cultu exambient  
        astris receptum caelitumque congregem,  
        quorum frequente cultu sis beatior  
40      tuosque praestas numine augustissimo.  
        Haec quippe sedes corpori est caelum tuo.  
        Nunc ipse quis sim mente bibula percipe  
        nomenque nostrum ⟨ex⟩ hisce numeris collige:  
        Sub Graia primum biscentena littera  
45      unum repone numerum et centum dehinc  
        unumque post id, tunc quater viginti sint  
        decemque iuxtim eaque sit novissima,  
        quae prima fixa est idque sit nomen mihi.